Wyciąg ze źródła – kopia ze strony Parafii św. Marcina w Pacanowie

J. Długosz, Liber beneficiorum dioecesis Cracoviensis, t. II, Kraków 1864

Zakres wyciągu
s. 422–424

Oryginał cyfrowy
Internet Archive
https://archive.org/details/joannisdugoszse01dugoog/page/n457/mode/1up

Data pobrania
8 listopada 2026 r.

Warstwa tekstowa pochodzi z automatycznego rozpoznawania pisma i może zawierać błędy. Rozstrzyga obraz strony.

Zborow, et valor eius ad unam marcam, de duobus vero praediis militaribus, in eadem villa existentibus, et post tres hortulanias, percipit eam ecclesia in Janina, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Karszy Maior, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Paczanowsky de armis Gyelitha. In qua sunt duo lanei tantum cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Zborow, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam; ad decimam autem canapalem de consvetudine, non tenentur. Praefati autem duo lanei, siti sunt secus publicam stratam, quae ducit de Paczanow in Xagnicze.

Wolycza Byechowska, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zborow, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

Woyeczka, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes de Rithwani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Byechow, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeredes: Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum, et Nicolaus Byechowsky de armis Powala. In qua sunt viginti lanei cum medio in parte Johannis Rithwensky, item hortulaniae, item quinque tabernae habentes agros, item duo molendina habentia agros, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item in parte Nicolai Byechowsky viginti hortulaniae habentes agros, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus decimatur etiam ecclesiae in Zborow in *gonithwam*. Item ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Byechow.

Villae parochiales: Zborow, Sczebrzusch, Orlyecz, Biskupicze.

Paczanow.

Oppidum habens ecclesiam muratam partim latere, partim lapide in se, cuius haeredes Florianus et Petrus germani, filii olim Floriani subdapiferi Cracoviensis, et Petrus frater eorum patruelis germanus, de armis Gelytha. Quam quidem ecclesiam ad honorem Beati Martini confessoris, Maurus Cracoviensis episcopus ad petitionem Seminiani patroni dedicavit, et octo decimis manipularibus de mensa episcopali dotavit, prout in privilegio, cuius exemplar subnectimus, latius continetur. In quo oppido non sunt lanei oppidanorum, sed agri in pecies distincti, de quibus solvitur decima manipularis

et canapalis pro ecclesia in Paczanow, et valor eius aestimatur ad ... Item sunt in eodem oppido duo praedia militaria, unum duorum fratrum videlicet: Petri et Floriani germanorum, aliud praefati Petri Sanczignyewsky de eisdem armis Gelitha, de quibus omnibus solvitur decima manipularis tam de canapo, sicut de lino, sicut et de aliis frumentis ecclesiae et plebano in Paczanow, et valor eius ad ..... Item de eisdem praediis tenentur haeredes dare plebano decimum caseum, decimum agnellum, decimum porcellum. Item de lacubus Petri Sanczignyewsky datur plebano decimus piscis. Item habet plebanus in eodem oppido duo macella, quae pro annuo censu solvunt ..... Item habet plebanus duas hortulanias in suburbio, quarum quaelibet annuatim solvit sex grossos, et laborat diem in septimana. Item in eodem suburbio habet plebanus annuatim de tribus areis, de qualibet tres grossos.

Nyegoslawycze, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Petrus et Florianus Paczanowsky. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Paczanow, et valor eius .....

Szczeglin, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes pro media parte Petrus et Florianus de Paczanow; medietas autem villae praefatae ad plebanum de Paczanow perpetuo pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, quatuor videlicet Petri et Floriani haeredum, et quatuor plebani in Paczanow. Item sunt ibi duo praedia, unum militare, et aliud plebani de Paczanow, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Paczanow, et valor eius aestimatur ad ..... Item est in eadem villa lacus, quem haeredes habent medietatem et plebanus medietatem, ita quod haeredes piscantur quando volunt et plebanus quando vult, super quem lacum habet plebanus privilegium speciale.

Sgorszko, villa sub parochia de Myelyecz, cuius haeredes Petrus et Florianus Paczanowsczy de armis Gelitha. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Paczanow, cuius valor .....

Zabyerz, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Sanczignyewsky de armis Gelitha. In qua non sunt lanei cmethonales, sed agri in partes distincti, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Paczanow, et valor eius aestimatur ad ....

Slup, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Groth Nicolaus et Skubysch de armis ..... In qua non sunt lanei, sed agri in portiones divisi. Item sunt ibi praedia tria militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Gnoyno, cuius

valor ..... Item est ibi campus unus, de quo decima tollitur pro ecclesia in Paczanow. Item Petrus et Florianus Paczanowsczy habent in eadem villa campum unum proprium et liberum, de cuius agris dant decimam ecclesiae in Paczanow, quam modernus plebanus dominus Wisliczky canonicus Cracoviensis, de speciali devotione dat vicariis, ratione cantus missae maturae de Beata Virgine.

Karsi, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Sanczignyewsky. In qua sunt lanei emethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi campus unus, de quo decimatur pro ecclesia in Paczanow.

Quaschow, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt lanei emethonales...; item habet in eadem villa plebanus de Paczanow unum emethonem proprium et liberum, et ad quem haereditarius dominus nihil habet, qui ei solvit pro annuo censu tres fertones, et laborat diem in septimana. Item in eadem villa de certis agris, solvitur decima vicariis in Paczanow, qui semper habentur tres.

Villae parochiales: Paczanow oppidum, Nyegoslawicze, Sczeglin, Sroczkow, Karsi utraque, Rathaye, Slup, Zabyerz.

Xangnicze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sanctae Margarethae virgini dicatam, cuius haeredes: Johannes Zabyorowsky de armis Ostoya, ...relicta Aegidii de armis Awdanczc, Thomas et Nicolaus germani de armis Janina, Nicolaus de Radzanow de armis Awdancze, Aegidius de Schudol de armis Awdanczc..., consors Christopheri Schaffranyecz de Zastampow de armis Bippennium. In qua sunt duodecim lanei emethonales, et tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi praedia militaria, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item habet ecclesia agros praediales, paucos tamen, prata nulla.

Karsy Minor, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Thomas Karsky de armis Habdank et Johannes Korzenyowsky de armis ..... In quibus non sunt lanei emethonales, sed sunt hortulaniae, de quibus et de quorum agris decima diversificatur; nam de sex hortulaniis percipit decimam ecclesia in Zborow, et valor eius ad unam marcam aestimatur, de duobus vero praediis militaribus, in eadem villa